



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Thomas Aquin, n. 11

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

*ia Mino-
res Coro-
nā recita-
re solebāt.*

*De S. Ber-
nardo.*

*Ordo Mi-
norum pro
Conceptio-
ne Virgi-
nis imma-
culata.
Chron.
Minor.*

Mayro.

*Ambros.
Catherin.*

*Magister
Gulielm.*

omnes propterea coronam hanc recitare solebant, & in concionibus ad hanc precandi formam ita omnes adhortati sunt, vt in morem vniuersi populi Christiani iam sit inducta hæc in Chronicis. Quod quidem satis constat, cum nemo ferè sit inter Catholicos, qui seruum hoc ex globulis præcatorijs secum non ferat. Adijciuntur præterea in Chronicis cap. 36. & 37. quamplurima huius coronæ miracula, quibus Deipara hoc pietatis genus sibi gratum esse apertè declarauit. Quin etiam sanctus Bernardus lenensis, teste eodem Pelbarto, quotidie Coronam hanc recitabat, eaque de causa à Deipara donum concionandi, & miracula edendi est consecutus: quod plenius infra in sancto Bernardino dicemus. Atque hæc de studio Ordinis Minorum in hac Virginis Corona recitanda, & apud alios propaganda sunt eicta.

Quod verò pertinet ad sententiam illam quæ tuetur Virginem beatissimam in sua conceptione ab omni originali culpa præseruata: scimus Ioannem Duns Scotum Doctorem cognomento Subtilem, de cuius sanctitate eeregium habet testimonium in Chronic. Minorum parte 2. libro 7. capite 3. acerrimè hanc sententiam tutatum esse: quam amplexati sunt eius discipuli Franciscus Mayro Doctor illuminatus, & vniuersa schola Scotistarum quin & reliqui omnes Ordinis Minorum, qui post Scoti ætatem fuerunt. Quamuis non me lateat aliquos ex eodem ordine Scoto antiquiores Virginis studiosissimos, S. Bonauenturam nimirum, Alexandrum Alensem, contrarium aliquando sensisse. Cæterum Ambrosius Catherinus opusculo pro immaculata Conceptione B. Virginis par. 1. c. de Scholasticorum opinionibus, testatur ferè de S. Bonauent. eum prope mortem retractasse quæ contra B. Virginis Cõceptionem immaculatã scripserat, idem quoq; asserit de Alexandro Alensi, quem ex eodem Catherino testatur Magister Gulielmus in 3. sent. similiter recantasse, & eius hac de re libellum ostensum fuisse Tolosæ, dum eiusmodi quæstio disputaretur. Hanc sententiam de immaculata Deiparæ conceptione post Scoti tempora, pleriq; omnes ex alijs scholis amplectuntur, quemadmodum c. 7. plenius dixi. Hæc paucis attigisse volui, vt ostenderem S. Francisci ordinem erga Virginem Deiparam in hac sententia, quæ ad eius gloriã facit,

propaganda studio fuisse maximè inflammatum.

S. ANTONIUS DE PADUA
Ordinis Minorum.

10 S. Antonius Patavinus vitæ sanctimonia, & miraculorum gloria illustris, Virginis beatissimæ fuit, quod instante eius exitu ab hac vita præ se tulit; facta enim confessione, hymnum Virginis, cuius initium est: *O gloriosa Domina*, canere cœpit; cuius hymni virtutem alias erat expertus: cum enim Satanas fructus concionum eius inuidens, nocte quadam sacre Quadragesimæ beati viri guttur magna vi compressisset, vt eum præfocaret; ipsæ beatissimæ Virginis Deiparæ nomen inuocans, & vitificæ crucis signum fronti imprimens, simulq; hunc hymnum: *O gloriosa Domina* depromens, nequissimum spiritum effugauit. hæc ex vita eius apud S. Antonium 13. Iun. tom. 3.

S. THOMAS AQUINAS ORDINIS PRÆDICATORUM.

11 S. Thomas de Aquino non Dominicanæ tantum familiæ, sed Ecclesiæ etiam vniuersæ sidus fulgentissimum, qui eximia non micis sanctitate, quàm doctrina præfulsit; iam inde in ipsis incunabulis præclarum futuræ, quo singularis eius erga Virginem pietatis, qua Virginis erga eum peculiaris tutelæ præfagium, accepit: cum enim adhuc infantulus à nutrice in balneo abluendus, cartulam è terra sponte sua iustulisset, eamq; compressa manu arctè retineret, nutrice eam lauare cupienti, illamq; è manu extrahere conanti, lacrymis acriter resistit. recognita mater ex infantis manu abluti iam, & vestibus induti egredere cartulam euulfit, in qua scripta visebatur salutatio angelica: infans cartulam ploratu instanter repetens, eam redditam mox deglutit: id potè nec miraculo, nec mysterio vacare piensque visum est; quod eximius olim Ecclesiæ Doctor futurus in eam cartulam primò incidisset, tantoq; studio sibi eam coniunxisset, quæ Virginis sanctissimæ præconia, & nobilissimum Angeli à Deo nuntium, quo in Deigæ nitricis amplissimam dignitatem est euecta, continebatur, vt & eximiam scientiã diuinus potius,

potius, quam labore suo postea comparatam (quemadmodum F. Reginaldo dicere solebat) & virginitatis florem integrè seruatam, virginis virginum Deiparæ apud filium patrociniò eam assecuturam non obscure præsignificaretur.

S. Thom. Et verò S. Thomas suam erga Virginem pietatem in libris à se editis, præsertim in summa Theologia, & in opusculo 8. quod est de salutandâ Angelica, apertè declarat, in quibus illius præstantiam singularem. & apud filium impetrandi præ alijs sanctis efficacitatem luculenter demonstrat, eiusque dignitatem contra varia hæresum monstra acerrimè tutatur.

S. BONAVENTURA ORDINIS Minorum.

S. Bona- **12** S. Bonaventura ordinis Minorum, Doctor vere Seraphicus, alios quoque ad Dei amorem suis scriptis inflammans, eximia tum scientia, tum in Deiparam pietate illustris; præter ea, quæ de Virgine in suis in Magistrum sententiarum Commentarijs præclarè scriptis, pleraque opuscula, præsertim speculum B. Virginis edidit, in quibus Virgini sanctissimæ præconia non minus pie quam erudite sit persecutus, ex quibus nonnulla in hoc opere ad confirmanda ea, quæ dicebantur de promptissimus. Libet tamen in præsentia aliqua hic ascribere, ex quibus cognoscere liceat, quid tantus vir de oblatione, quam erga Virginem æmulari debemus, quamque in se ipsa exprimebat, senserit; Is igitur in Epistola quam vocat viginti quinque moralium tom. 2. opusculo: um, ubi quædam ad pie viuendum instructio traditur, in 13. memoriali sic habet: *Ut gloriosam Reginam Domini nostri matrem, benedictam in summo habeat omni tempore venerationis affectum, & in cunctis ad eam de Virginis necessitatibus, periculis, & pressuris, tanquam ad Refugium tutissimum se conuertat, ipsius tutela præsidium flagitando, eamque in tuam suscipiens advocatam, deuotissimè, ac securè tuam et causam committat: quia mater est misericordie, quosquid studens ei specialem, & singularem ei reuerentiam exhibeat; & ut sua deuotio sit ei accepta, & reuerentia grata, ipsius puritatem, & munditiam omni virtute, mente, & corpore imitabitur in se ipso seruando, toto conatu nitens humilitate, & mansuetudine, eius vestigia imitari.*

Bona- **13** S. Albertus Carmelitani Ordinis decus, S. Alberti Deiparæ ope in lucem editus, eandem præcipuo coluit studio. is enim in Sicilia parentibus natus est, qui annos circiter viginti in coniugio sterilitate laborauerant, ac votum Deiparæ nuncuparant; prolem, quam suscepissent masculinam, eidem ordini se consecraturus: Ordinem verò illum Deiparæ Virgini peculiariter consecratum puer ingressus, precibus, ieiunijs, aliisque pietatis operibus impensè addictus ad magnam peruenit sanctitatem: in miraculis, quæ edebat ad Christi nomen, sanctissimæ Virginis merita pie inuocare solebat: morti deinde proximus cum ea dulciter colloquebatur, & his salutatione Angelica cum alijs precibus recitata, sublati in cælum oculis, animam Deo, ac eius genitrici commendans, eorumque opem implorans in illis verbis: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, obdormiuit in Domino 7. idus Augusti anno Domini 1292. hæc ex vita eius apud Surium mense Augusto.*

hæc Bonaventura. Idem in 3. dist. art. 1. q. 1 ad 4. *Virgo, inquit, auxiliatrix & amatrix est omnium fidelium suorum laudatorum, sicut illi qui tales sunt, experimento multiplici cognouerunt.* Idem tom. 2. opusculorum, in Litanijs B. Virginis sic eam inuocat: *Virgo, que tuos seruos exaltas, Virgo super omnes excellentius magnificanda; Virgo, quæ omnia laudant, & venerantur.* Idem piissimus Dei genitricis cultor instituit, ut sui Ordinis fratres populum hortarentur ad eandem salutandam, sigo campanæ auditio, quod post Completorium datur, quod creditum sit eam illa hora ab Angelo salutandam, quod in S. Bonaventuræ vita apud Surium tom. 4. habetur.

S. ALBERTVS CARMELITA.

13 S. Albertus Carmelitani Ordinis decus, S. Alberti Deiparæ ope in lucem editus, eandem præcipuo coluit studio. is enim in Sicilia parentibus natus est, qui annos circiter viginti in coniugio sterilitate laborauerant, ac votum Deiparæ nuncuparant; prolem, quam suscepissent masculinam, eidem ordini se consecraturus: Ordinem verò illum Deiparæ Virgini peculiariter consecratum puer ingressus, precibus, ieiunijs, aliisque pietatis operibus impensè addictus ad magnam peruenit sanctitatem: in miraculis, quæ edebat ad Christi nomen, sanctissimæ Virginis merita pie inuocare solebat: morti deinde proximus cum ea dulciter colloquebatur, & his salutatione Angelica cum alijs precibus recitata, sublati in cælum oculis, animam Deo, ac eius genitrici commendans, eorumque opem implorans in illis verbis: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, obdormiuit in Domino 7. idus Augusti anno Domini 1292. hæc ex vita eius apud Surium mense Augusto.*

B. MARIA DE OEGNIES.

BEATA Maria de Oegnies Niuellæ: Episcopatus Leodiensis orta, inter multas, easque præclarissimas, quibus clauit, virtutes Deiparæ studiosissima fuit, quod ex subiectis exemplis planum fiet; quotannis Ecclesiam Deiparæ Oegniacensem ad duo milliana distitam rigente hyeme nudis pedibus vna ancilla comite inuisebat; & illo die, ac sequenti